Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et vade contra meridianum: ad viam que ducit ab
ierusalem in gazam. Hec est deserta. Et surgens abiit. Et
ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine e-
thiopum qui erat super omnes gazas eius venerat a-
dorare in ierusalem: et revertebatur sedens super currum suum
legensque ysaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. Ac-
cede et adiunge te ad currum istum. Accurrens autem
philippus audivit illum legentem ysaiam prophetam
et dixit. Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et
quomodo possum nisi aliquis ostenderit mihi? Rogavit-
que philippum: ut ascenderet et sederet secum. Locus au-
tem scripture hic erat quam legebat. Tanquam ouis ad oc-
ciisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se
sine voce sic non aperuit os suum in humilitate iudi-
cium eius sublatum est. Generacionem eius quis enarra-
bit quoniam tollitur de terra vita eius? Respondens autem eunu-
chus philippo dixit. Obsecro te de quo propheta dicit hoc?
De se an de aliquo alio? Aperiens autem philippus os
suum: et incipiens a scriptura ista evangelizavit illi
ihesu. Et cum irent per viam: venerunt ad quandam aq-
uam et ait eunuchus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari?
Dixit autem ei philippus. Si credis ex toto corde
licet. Et respondens ait. Credo filium dei esse ihesum
christum: Et iussit stare currum. Et descenderunt vterque in
aquam philippus et eunuchus: et baptizavit eum.
Cum autem ascendissent de aqua: spiritus domini rapuit
philippum et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem
inventus est in azoto: et per transiens evangelizabat
ciuitatibus donec veniret cesaream nomine dui nu-